



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

185. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex decretis sancti
Benedicti.*

Psal. 118.
Regula S. Be-
ned. c. 16.
Burchard. lib.
2. c. 105.

CLXXXV. Ut ait Propheta, *Septies in die laudem dixi tibi.* Qui septenarius numerus à nobis sic implebitur, si matutino, primæ, tertiæ, sextæ, nonæ, vespere, completorii- que tempore nostræ servitutis officia persolvamus: quia de eis dixit Propheta. Nam de nocturnis vigiliis idem ipse ait: *Media nocte surgebam &c.* Ergo his temporibus referamus laudes creatori nostro super judicia justitiæ suæ.

Psal. 118.

Ex Concilio Venetico.

Concil. Vene-
tic. c. 14.
Burchard. lib.
2. c. 153.

Clericus qui intra muros civitatis manet, & eo die matutinis hymnis sine ægritudine defuerit, septem dies à communione habeatur extraneus.

Ut Missæ ante horam tertiam non celebrentur. *Ex epistola Telesphori Papæ.*

Burchard. lib.
3. c. 63. &
Dist. 1. de con-
secr. c. 48.

CLXXXVI. Missarum celebrationes ante horam diei tertiam minimè sunt celebrandæ, (quia eadem hora & Dominus crucifixus est, & super Apostolos Spiritus sanctus descendisse legitur) excepta nocte sanctæ nati- v-
tatis.

Ut fideles ante horam tertiam non prandeant.

Addit. 1 v.
c. 49.
Burchard lib.
2. c. 185. &
Di. 44. c. 12.

CLXXXVII. Non oportet Clericos vel laicos religiosos ante sanctam horam diei tertiam inire convivia, neque aliquando Cle-